Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ancilla tua scam in domo mea nisi quam olei
quo ungar Cui ait Vade et pete mutuo ab omib
vicinis tuis vasa vacua no pauca et ingredere
et claude ostium cum intrinsecus fuerit tu et filii tui et
mitte inde in omia vasa hec et cum plena fuerint
tollens fuit itaq mulier et clausit ostium super se
et super filios suos Illi offrebant vasa et illa infun
debat Cumq plena fuissent vasa dixit ad fi
lium suum. Adhuc mihi vas Ille respondit
Non habeo Stetitq oleum Venit aut illa et nun
tiavit homini dei. Et ille. vade inquit vende
oleum et redde creditori tuo. tu autem et filii tui
vivite de reliquo Secdm Mathm
In illo tp. Respiciens ihs discipulos suos dixit
symoni petro Si peccavit in te frater tuus vade
et corripe eum inter te et ipm solum Si te au
dierit lucrat es fratrem tuum Si te no audierit aut
adhibe tecum adhuc unum vel duos. ut in ore
duorum vel trium testium. stet omne verbum Qd si
non audierit eos dic ecce Si autem ecclesiam no
audierit. sit tibi sicut ethnicus et publicanus
Amn dico vob quecumq alligaveritis super terram. erit
ligata et in celo et quecumq solveritis super terram erit
soluta et in celo Iterum dico vobis quia si duo ex vobis